



36a

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

VIRO

PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
CONSULTISSIMOQUE

JOHANNI FRIDE-
RICO AVGVSTO
CRAVSSHAAR,

COENOBIO ILFELDENSII,
POTENTISSIMI BRITANNIÆ REGIS

IVSSV,
DIE AVGVSTI, ANNI MDCCXXX.

PRAEFECTO,

PATRONO SVO,

OMNI PIETATIS CVLTV NVNQVAM NON PROSEQVENDO,
OB SPARTAM CLEMENTISSIME CONGREDITAM,
PECTORIS SVI GAVDIVM, NEC MINVS

ANIMI SVBMISSIONEM,
HIS LINEOLIS, QVA DECESTRATIONE TESTARI

PROVT DEBVI, VOLVI
SERVVS OBSERVANTISSIMVS

ANDREAS CHRISTOPHORVS PRÆTORIVS,
S. S. THEOL. CVLTOR.

NORDHVSÆ,
LITTERIS COELERIANIS.

AK

144



QVEM cernimus, terrarum orbis
inconstante sua mutatione
constanter permutatur.

Non vero ipsum mundi Systema solum,
sed etiam, quos fovet in sinu, incolæ mortales,
crebris vicissitudinibus,

variata quotannis imo quotidie apparent faci

Nec frustra ideo cecinit vates:

Tempora mutantur, et nos mutamur in illis!

Alii enim per naturalem
eumque legitimum generationis modum,
purpuream coeli auroram

vix aspexere,

et persolutis naturæ legibus,

defunctorum annumerantur numero.

Alii ad eminentiores honoris gradus evecti,
sapientissimo moderatoris optimi moderamine,

depelluntur ab iisdem ac detruduntur.

vt itaque verum sit, quod dicitur:

Tolluntur in altum vt lapsu graviori ruant!

Alii Croesi thesauris exornati,

pecuniis ac pretiosissimis rebus superfluentes,
ad incitas rediguntur,

et Iro pauperiores

in alta miseriarum abyssu contabescunt misere.

Alii aliis mutationum generibus sunt obnoxii,
quæ omnia ac singula exponere, quis valeat?

Maximam vero metamorphosin
mutanti tribuendam habemus morti,

quæ pauperum tuguria
æque ac

divitum pulsat palatia
eaque ingressa,

alterum tollit e medio,
et locum facit alteri.

Talem mutationem iam experitur
quod hic sub auspiciatissimis
REGIS NOSTRI CLEMENTISSIMI
auspiciis floret coenobium.

Nam rapax pallidæ mortis manus,
eripuit illi ante Semestre Præfectum,

VIRVM,

cuius memoriam maxima laude dignam
nulla vnquam delebit oblivio,

et

cuius rigida ossa

in tenebroso quoque tumulo
omni pietate permanent colenda,

Quem præmature creptum,
tristis subsecuta est mutatio.

Huius enim obitus, moestos reddidit illos,
quorum oculi, ex præsentia eius longe gratissima,
fructus capiebant gratissimos.

Hodie autem ridet omnia,

et

Nubila mutantur in Iubila!

quoniam præfectorium nostrum præfecto adhuc destitutum

a

REGE NOSTRO CLEMENTISSIMO.

donatur novo.

VIRO scilicet pereximio

IOHANNE FRIDERICO AVGVSTO

CRAVSSHAAR,

de quo

non solum sperare, sed etiam confidere possunt omnes,
eum talem futurum, qualem vnanimi voce voverunt.

Nam quæ Deus diversis sparsim tribuit,
ea omnia mirabiliter in *Hoc* vno coniunctim admiranda veniunt,
Expolitissimus quippe est omnibus politioris literaturæ deliciis,
quarum diurno nocturnoque studio evasit particeps,
Gaudet prudente sapientia, et sapiente prudentia,
ad quam non solum domesticorum,
sed exoticorum quoque scientia et exemplis
eum pervenisse novimus.
Est denique in eo comis benignitas cum benigna comitate coniuncta,
quam velut hæreditario iure acceptam possidet.
Merito itaque nobis gratulamur

VIRVM,

beato ANTECESSORI, ex voto, simillimum,
et

factam per eius adventum mutationem
non periculosam dicimus,
sed exoptatam, faustam, felicem prædicamus.

Numen vero, quod veneramur T. O. M.
a cuius sapientissimo consilio hæc quoque pendet mutatio,
adsit

Præfecto nostro desideratissimo?
cui de Sparta, quam hoc tempore nanciscitur,
gratulamur sincere.

Singulos eius conatus ita dirigat
vt præfixam semper attingant metam.

Omnem periculosam mutationem procul ab eo esse iubeat,
quo officio sibi demandato sine vilo impedimento fungatur,
eoque tandem defuncto,
ex orbe hoc mutabili
feliciter transeat
in mundum immutabilem !

non solum perire, sed etiam conquire possunt omnes
cum eadem fortuna, quæcumque vultu voce vestiant

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178




Sb.

1077

R.40





VIRO
PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
CONSULTISSIMOQVE

JOHANNI FRIDE-
RICO AVGVSTO
VSSHAAR,

NOBIO ILFELDENSII,
MI BRITANNIÆ REGIS
IVSSV,
AVGVSTI, ANNI MDCCXXX.
PRAEFECTO,
RORNO SVO,
TV NVNQVAM NON PROSEQVENDO,
LEMENTISSIME CONREDITAM,
SVI GAVDIVM, NEC MINVS
IMI SVBMISSIONEM,
QVA DECET, RATIONE TESTARI
PROVT DEBVT, VOLVIT
VVS OBSERVANTISSIMVS
RISTOPHORVS PRÆTORIVS,
S. THEOL. CVLTOR.

NORDHVSAE,
TERIS COELERIANIS,

AK

